Yale

## Yale University Library Digital Collections

**Title** De Bestiis, & alys rebus. Liber Tertius. [l. 203v-204r]

**Date** 1588

**Rights** The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.

**Container information** Volume 2

**Generated** 2021-02-19 00:18:32 UTC

**Terms of Use** https://guides.library.yale.edu/about/policies/access

**View in DL** https://collections.library.yale.edu/catalog/2005450

tecti. At contra omnia poma mollia, mala dicta
sunt, sed cum adiectione terrarum in quibus antea
Amygdala. nata sunt, vt persica, punica, matiana &c. Amygdala
grecum nomẽ est, quod latine longa nux vocatur.
Cunctis autem arboribus prius se flore vestit, & ad
Castanea. ferenda poma arbusta sequentia præuenit. Castaneã
latini a græco appellant vocabulo, hanc enim græci
κάστανον castanon vocant. Quidam a castrando di-
ctam putant eo quòd fructus eius gemini in modũ
testiculorum intra folliculum sunt reconditi, qui
dum eijciuntur, quasi castrantur: hæc arbor semel.
Q vt excisa fuerit, tanquàm sylua expullulare consue-
Ilex. uit. Ilex arbor glãdifera ab electo vocata. Huius enim
arboris fructum homines primum ad victum sibi
elegerunt. Vnde & poeta:

*Mortales cuncti ructabant gutture glandem.*

Prius enim quàm frumenti vsus esset, antiqui
Phagus. homines glande vixerunt. Phagus & esculus ar-
bores glandiferæ ideo vocatæ creduntur quòd eo-
rum fructibus olim homines vixerunt, cibum-
que sumpserunt. Nam esculus ab esca dicta. Pha-
R gus vero a græco vocabulum traxit φαγεῖν enim græ
Xylicon. ce comedere dicitur latine. Xylicon quam latini cor
ruptæ siliquam vocant, ideo tale nomen a græcis ac
cepit, quòd eius fructus sit dulcis. Xylon quippe grę
cis dicitur lignum, & glyκ is dulcis: huius arboris po
Pistatia. Pinus. mo succus expressus acatia a gręcis dicitur. Pistatia
arbor dicta, ꝙ cortex pomi eius nardi pistici odo-
rem referat. Pinus arbor picea, ab acumine foliorũ
Picea. dicta, pinnum enim antiqui nominabant acutum.
Pinum autem aliam pitin, aliam peucen uocãt, quã
nos piceam dicimus eo quòd desudet picem. In Ger
S manię autem insulis huius arboris lachryma electrũ
gignit. Gutta enim defluens rigore vel tepore in soli
Succinũ. ditatem durescit, & gemma fit, de qualitate sua no-
men accipiens id est succinum, eo quòd succus sit
Abies. arboris. Pinus creditur prodesse cunctis, quæ sub ea
seruantur, sicut nux nocere omnibus. Abies dicta,
quòd præ cæteris arboribus longe eat, & in excel-
sum præemineat, cuius natura expers est ter reni hu-
moris, ac proinde habilis atque leuis habetur. Hanc
quidam gallicam vocant, propter candorem. Est au-
Cedrus. tem sine nodo. Cedrus est quæ etiam græce κέδρος
cedros vocatur, cuius folia cypressi similitudinẽ ha-
bent, lignum vero iucundi odoris est, & diu durãs,
nec a tinea vnquam exterminatur, vnde & in tẽplis
propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt.
Huius ligni resina cedria dicitur, quæ in conseruan
T dis libris adeo est vtilis, vt perliniti ex ea nec tineas
Cypressus. patiantur, nec tempore consenescant. Cypressus græ
ce κυπάρισσος a pueri nomine dicitur, ꝙ caput eius a
rotunditate in cacumen erigitur. vnde & conos vo-
catur alta rotunditas. Hinc & fructus eius conus,
quia rotunditas eius talis est vt conum imitetur, vn-
de & coniferæ cyparissi dicuntur: huiusmodi li-
gnum cedro pœne proximam habet virtutem, tem-
plorum quoque trabibus aptum, impenetrabili so-
liditate, nunquàm oneri cedit, sed ea qua in princi-
pio fuerit firmitate perseuerat. Antiqui cypressi ra-
mos prope rogum constituere solebant, vt odorem
cadauerum dum vrerentur, opprimerent iucundita-
te odoris illius.

¶ Iuniperus græce ἀρκευθος dicta putatur, a qui- Iuniperˀ.
busdam latine, quasi iunipyrus. i. iuuans Pyr siue ꝙ
ab amplo in angustum finiat, vt ignis, siue ꝙ conce-
ptum diu teneat ignem, adeo vt si prunæ ex eius ci-
nere coopertæ sint, vsq; ad annum perueniant. Pyr
enim apud græcos ignis est.

¶ Platanus a latitudine foliorum dicta, vel ꝙ ipsa V
arbor patula sit & ampla, nam platos græci latũ vo- Platanus.
cant. Expressit huius arboris scriptura nomen & for
mam dicens: Quasi platanus † dilatata sum in pla- Eccl. 24.
teis. Est autem tenerrimis folijs ac mollibus. † *Exaltata sum iuxta aquam.*

¶ Quercus siue querna dicta ꝙ ea soliti erant dij
gentium quærentibus responsa dare, arbor multum
annosa sicut legitur de quercu Mãbre, sub qua habi Quercus.
tauit Abraham, quæ fertur vsq; ad Constantini re-
gis imperium per multa secula perdurasse, fructus
foliorum eius galla vocatur, & ramorum glans aut
glandula.

¶ Fraxinus vocari fertur, ꝙ magis inter aspera lo Fraxinus.
ca montana & fragrosa nascatur, de qua Ouidius.

*Et fraxinus vtilis hastis.*

Alnus uocatur, ꝙ amne alatur, proxima. n. aquæ X
nascitur, nec facile extra vndas viuit, hęc est tenera Alnus.
& mollis, quia in humecto loco nutritur. Vlmus no
men accepit, quòd in vliginosis locis & humidis me Vlmus.
lius proficit, nam in montanis & asperis locis mi-
nus læta est.

¶ Populus dicta ꝙ ex ea multitudo frondium & Populus.
surculosũ nascatur. Differt tamen a poly & a popu-
lo pro gente in primæ syllabæ quantitate. Eius ge-
nus duplex est, nam altera est alba, altera est nigra.
Alba est populus dicta, quòd folia eius vna parte
sint alba, altera uiridia: hæc ergo bicolor habet qua-
si diei & noctis notas, quæ tempora ortu solis, occa-
suque constant. Generant etiam resinam & electrũ
circa Eridanum fluuium, vel (vt alij memorant) in
finibus Syriæ. Salix dicta, quòd celeriter saliat, hoc Y
est velociter crescat, arbor lenta, vitibus habilis vin Salix.
ciendis. Cuius seminis hanc esse naturam dicunt, vt
si quis illud in poculo hauserit, liberis careat, sed &
fœminas infœcundas efficit. Populus autem, & sa-
lix, & tilia mollis materiæ sunt, & ad insculpturam
aptæ. Vimen uocatur ex eo quòd vim multam vigo
ris seu viroris habeat. Natura enim eius talis est, vt Vimen.
etiam si arefacta abluatur, virescat: deinde excisa, at- Z
que in humo fixa, radicibus sese in humum ipsa de-
mergat. Buxus græcum nomen est, ex parte a latinis Buxus.
corruptum. Byxos enim appellatur a græcis arbor
virens, & leuitate materiæ elementorum apicibus
apta, vnde & scriptura. Scribe in buxo.

### ¶ *De margaritarum inuentione, & procreatione, de qua etiam lib. 2. cap. 35. Cap. LVII.*

ARtifices, qui margaritas quærunt, per A
agathã seu achaten lapidẽ inueniunt. Margaritarum inuentio.
Alligant enim agathan lapidem ad fu-
niculum vrinatoris, & sumittũt in ma
re, & veniens agathos lapis ad mar-
garitam, statim urinatores assequentes ad funiculũ,
inue-



inueniunt margaritam. Qũo autem nascatur marga
Natura. rita, pronuntiabo. Est lapis vel piscis qui vocatur cõ
chus, & venit ad littus maris per matutinũ ante lu-
canũ, & aperit os suum, & deglutit rorem cęlestem,
& radium solis, & quę sursum sunt siderum, sicque
nascitur margarita de superioribus astris. Sic ergo
agathes est Ioannes Baptista. Ioannes. n. iste ostendit
nobis intelligibilem margaritam Dominum nostrũ
Ioan. 1. Iesum Christum dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui
tollit peccata mundi. Mare autem præsens seculum
designat: vrinatores illorũ, qui sursum sunt, cõitatẽ
sanctorum signant, qui vero deorsum peccatores.

*De lapidibus igniferis vide lib. 2. cap. 19.*

### ¶ *De duodecim lapidibus pretiosis. Cap. LVIII.*

B IAspis primus ponitur in fundamento do-
Iaspis. mus Domini, qui talem habet naturã, vi-
rentis coloris est. Qui super se eũ habue-
rit, nulla phãtasmata timet: significatque
eos qui fidem Dei tenent, & nunq̃ arescunt ab ea,
.Pet. 5. sed semper virent in ea, nec fallacias diaboli timent,
qui tanquàm leo rugiens circuit quærens quem de
uoret, cui resistite fortes in fide.

C SEcũdus sapphirus ponitur, qui est aerij coloris,
Sapphirˀ. immo talẽ habet colorem, qualem habet cœlum
cũ est serenum: & significat illos, qui in terra adhuc
positi, intendunt cęlestibus, & cuncta terrena despi-
ciunt, quasi non sint in terra, & hi possunt dicere cũ
Philip. 3. Apostolo, Nostra conuersatio in cęlis est.

D TErtius est † calcedonius, hic q̃diu in domo est,
† Carchedonius Plinio quasi carthaginẽ. non lucet, foris ad apertum lucet, volentibus
eum insculpere contra stat. Calefactus radio solis,
vel fricatu digitorum trahit ad se paleas. Hoc lapide
demonstrantur ij, qui bona sua celant, & sua opera
faciunt in abscondito. Ieiunium scilicet & eleemo-
Matt. 6. synas, & p̃ces suas, & nolunt videri ab hominibus, si
cut Deus præcepit. Tu autem cum ieiunas &c. Et ite
rum. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua. Et iterum. Cum oraueris in-
tra cubiculum tuum. Sed cũ magister eorum idest
ep̃s aut abbas iubet eos foras exire, tunc apparet bo-
nitas, & lucent velint nolint. Et si quis vult eis adu-
lari, & quasi eos insculpere vel pingere, nõ recipiũt
eorum laudem & vanam gloriam, sed duriter cõtra
Prou. 1. stant, nec concedunt eis, vt Salomon admonet di-
cens: fili, si te lactauerint. i. laudauerint peccatores,
ne acquiescas eis. Et isti tales afflati radijs veri solis
idest Christi: vel digitis idest Spiritus sancti donis
quasi contracti & calefacti, verbo suæ prædicatio-
nis, & exemplo suæ bonitatis paleas idest peccatores
attrahunt ad se, & sibi consociant.

E QVartus est Smaragdus. Huius natura talis est.
Smaragdus. Magnæ viriditatis est, ita vt totas herbas, & to
ta folia arborum, & cunctas gemmas vincat
sua viriditate. Nascitur in Scythia, terra. s. inhabitabi
li præ frigore, nec ibi habitant nisi gryphes, q̃ sunt
partim feræ terrestres, partim volucres, & sunt qua-
tuor pedes habentes, & sunt similes leonibus corpo
re & capite, & pedibus, & alis aquilis, & terra illa ni-
mium est oppleta talibus gẽmis, & isti gryphes ser- F
uant eas, ita vt nulla gens possit eas capere, nisi Ari- Arimaspi.
maspi, gens quę nõ habet nisi vnum oculum in frõ
te, & isti pugnant cum Gryphibus pro his gemmis:
nam gryphes, qui seruant eas, uolunt eis auferre cũ
illi accipiunt, & per illos Arimaspos habemus nos il
las. Hæc gemma significat illos qui fide nitentes, &
plus alijs virides, superant per ipsam infideles, qui
sunt semper vt Gryphes frigidi a charitate & boni-
tate, quoniam eam non habent, & qui eam habent
malefaciunt eis. Gryphes, qui seruant eas, significant
diabolos, qui pretiosam margaritam fidei inuident
hominibus, qui volunt eam habere, & volunt eis au
ferre, non ideo quòd sibi prosit, sed nolunt vt ipsi
quibus prosit habeant. Qui recte vocantur gryphes
quasi terrestres feræ & volucres, quia sunt vt feræ
terrestres, deiecti in infernum pro meritis suis, & vo
lantes per superbiam, sunt quasi alites. Contra hos
dimicant monoculi. i. illi, qui non ambulant duabus
vijs, nec habent duplex cor, nec duplicem volunta-
tem, nec duobus seruiunt dominis, sed habent sem-
per vnam bonam intentionem ad Dominum, & fi-
dem Dei firmiter contra oẽs tenent, & defendunt
gratiam fidei, quam gryphes. i. diaboli volunt eis au
ferre, sed superant illos Dei auxilio.

QVintus est sardonyx. Huic sunt tres colores, G
fuscus & subniger in imo, in medio cãdidus, Sardonychus.
desuper rubẽs. Huic lapidi comparantur ho
mines, qui in corpore suo sustinent flagella & pęnas
passionis pro amore Christi intus in animo cãdidi,
& sine fictione puri, sed tamen sibi ipsis despecti
sunt, & sibi videntur quasi peccatores, & dicunt cũ Psal. 21.
propheta. Ego sum vermis, & non homo.

SExtus est Sardus, qui vnicolor est, quasi san- H
guis. Et significat martyres, qui pro Christi amo Sardus.
re suum fuderunt sanguinem. Dauid: Pretiosa in cõ
spectu Domini mors sanctorum eius. Psal. 115.

SEptimus est Chrysolithus, qui fulget quasi au- I
rum, & emittit ex se scintillas ardentes. Per quẽ Chrysolithus.
significantur illi, qui intelligunt diuinam scripturã,
& hoc quod intelligunt, alijs demonstrant opere &
sermone, & quasi scintillas boni operis & verbi ia-
ctant de se, quibus alij illuminantur & accendũtur.
Nec abscondunt Deum in terra, nec sub modio
lucernam ponunt, sed in aperto, vt luceat omni- Matt. 5.
bus qui in domo Dei sunt, facientes iuxta quod Ibidem.
præcepit Dominus. Luceat lux vestra coram ho-
minibus. K

OCtauus Beryllus qui lucet quasi aqua sole per Beryllus.
cussa, & dicitur calefacere manus tenentis,
qui significat homines illuminatos gratia cœlesti,
& astutos in scientia seculari, qui calefaciunt eos,
qui secum conuersantur, igne diuini amoris, &
exemplo bonæ conuersationis. quasi Beryllus ma-
num tenentis: habet etiam duos colores, viridem,
& pallentem, per quos illorum uita signatur, qui cę
lestium contemplatione sunt virides, & terrenæ ad-
mistrationis actione pallentes. L

NOnus est topazius. Is lapis raro inuenitur, eo-
que carior, & pretiosior quo rarior. Et habet
duos colores principales, vnũ purissimũ quasi aurũ,
alterũ quasi cęlũ cũ est serenum, & superat claritatẽ